

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

2. Omnes hominum vires & conatus, contra Deum euntes, irritos fieri.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45653**

sua prodendum. Fatentur, quæ egerunt. Vocatur è filia Comes<sup>9</sup>, qui cum se ad supplicium putaret citari, filium inuenit Cæsaris generum factum. Martinus Crusius in Annal. Sueviæ lib. 6. part. 2. ex quorundam sententia confirmat, quod Luisius Contarinus scribit, etiam factum Imperij successorem: quod etsi alijs Henricum alium successorem nominantibus non conueniat, tamen aptè potest ad mores trahi: ut mox audiemus. In loco, vbi Comes delituit, Monachis templum struitur & domus, quæ Hirsauia appellatur, notissimum hodiéque, in Wirtenbergia, monasterium, cuius ut illustrior esset natalis origo, à tantorum Principum casibus fuit accipienda...

## C A P V T   X X I X.

*Histriæ Superioris ambages & CASVS, per corollaria, explicantur.*

**V**TINAM Comes iste, siue Palatinus, siue quicunque alius, haberet multos imitatores! Enim uero habet multos, sed rebellando. Habet etiam multos, qui in gratiam Principum recipiuntur: sed paucos, qui sic recepti, curent etiam in Numinis gratiam recipi, atque, vel de spolijs & rapinis suis, ædes Deo Diuīsque sacras exstruant. Atqui idcirco Deus illos percussit, ut ieti saperent, idcirco deiecit, ut, mente vnâ cum fortunis erecta, resurgerent fortiores, diuinumque, post hac, cultum promouerent; non ut tempa expilarent, aut loca Deo dicata cuerterent, quæ illorum maiores, per tot prodiga excitati, fundationibus liberalissimis considerunt: ducti vtique, per vias reelas; cum isti, tanquam impij, Psal. II. 9. in circuitu ambulent, dum ad opes rapiendas reuertuntur, quas illorum proaui Deo donauerunt. Sed hæc missa faciamus, quia odiosum est, vlcera tangere.

Multa sunt alia, quæ, ex memorata historia Henrici, erui possunt documenta. Nam & quām imbecilles atque irriti sunt hominum conatus, si diuinæ obnitantur voluntati, & contra stimulum calcitrent, perspicuè appetit. Frustra nitimini, qui cælo repugnat, cum Sisypho saxum voluitis, qui consilia contra su-

N n                      peros

I.

II.

peros fabricatis : etiam si gigantes sitis, sidera tamen non expugnabitis : inania meditamini, ô reges terra & principes, qui conueniuntur  
 unum aduersus Dominum & aduersus Christum eius. Non est enim  
 in hominis potestate consilium Dei. Vestra potestas, in paucos annos  
 durat, potestas eius in generationem & generationem. Potestas vestra  
 iubere potest; illius potestas facere. Nam data est à Domino potes-  
 tas vobis : ille à seipso habet potestatem, cui omnis potestas cedit;  
*quoniam magna potentia Dei solius.* Itaque frustra filios vestros ab-  
 sconditis, parentes, frustra in peregrinas terras mittitis, ut Deo  
 subducatis. Frustra æmulos vestros, ô aulæ, dolo, ferro, veneno  
 petitis; si illis diuina prouidentia regnum præparauit, digitulo uno  
 non attingetis. Frustra vos, ô portæ Inferi, Ecclesiam impugna-  
 tis: *Porta Inferi non præualebit aduersus eam.* Frustra vos, ô im-  
 pij, pios monitores persequimini: *custodit Dominus animas Santorum suorum.* Potest eas, per tela, per ignes, per omnes machinatio-  
 nes vestras, per mille discrimina, per Iordanes, per maria, per leo-  
 nes, per caminos ignis ardentes, educere ad felicitatem. Aspera  
 hæc quidem, sed, etiam per ambages, recta est via.

## III.

In memoriam reducite alternas cum procellis vices, quas  
 in historia paulo prius recitata audiuitis. Comes Palatinus pro-  
 speritate extollitur: mox metu Cæsar is iterum deprimitur. Fu-  
 git in siluam, & latebris gaudet: sed aduentu Cæsar is externatur.  
 Denuò lætatur, se non agnoscit; & natum sibi filium gratulatur:  
 sed intra paucas horas, quanto luctu, eundem amittit? Filius ipse  
 infans, è sinu matris abripitur ad lanienam. Inde tamen liberatus,  
 in Ducis filium adoptatur. Apud hunc, cum maximè floret, in-  
 suspicione, & præsentissimum vitæ periculum venit. Currit ad  
 necem, & inuenit Cæsar is filiam in vxorem. Quanta hæc est vi-  
 ciñitudo? Hæc Dei via est, etiam de laqueo ducentis ad diadema...

## IV.

De Corinþo dictum est: *Hec collibus attollitur, & vallibus*  
*deprimitur.* Quod & de Roma potest affirmari, quæ septem colli-  
 bus est celebrata. Quin & tota terra ita est constituta, ut nunc  
 per plana, nunc per aspera; nunc per summa, nunc per ima du-  
 cat; nunc prata, nunc flumina, immo tota maria euntibus  
 obijciat. Hac inæqualitate vitæ humanæ varias vices & casus,  
 viamque ad cælum tendentium, velut emblemate quodam, descri-  
 psit Deus. Ita homines sursum feruntur & deorsum. Maritimæ mo-  
 res, sunt mortalium mores; semper fluctuant; semper alternant,  
 Tollunt.